



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

36. Quomodo Anastasius Imperat. in Ecclesiam Catholicam, eiusque
Antist. crudelis, diuinitus punitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

LIBER V.

578

hima, execrabiles isti gentiles recordati faci-
entis Cyrilli diaconi, qui regnante Constan-
tino diuino quodam zelo accensus, multa si-
mulachra, quæ in ea vrbe colebantur, cōfrega-
uit, non modò eum interfecerūt, verum etiam
deflecto ventre iecur eius degustare non sunt
restiti. Verùm Deum omnia contemplantem
hoc celare non poterant, sed debitas sui male-
ficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius
sceleris labe inquinati sunt, primùm amiserūt
dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebāt:
deinde linguas perdiderunt, quæ putredine
labefactæ, ex ore affluabant: postremò oculis
orbati sunt: quorum calamitatibus verè picta-
tis vis clarè prædicata est.

*Iohannes Moscos Bairatus in Prato spirituali, cap. 38.
Glycas parte. 4. Annalium. Constantinus Monast.
in Annalibus. Anastasius Imperat. in Ecclesiâ
Catholicâ eisque antistites crudelis, diuinitus
punitur.*

CAP. XXXVI.

Anastasius Imperator, cùm eiecisset Eu-
phemium & Macedonium patriarchas
Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ac propter san-
ctam Chalcedonensem Synodum illos Cai-
tan in Pontum exilio relegasset, vidit in som-
nis idem Imperator virum quendam insi-
gnem vestitum amictu candido, contra se sta-
re, codicem scriptum ferentem, ac legen-
tem. Euoluens autem quinque folia codicis,
legens

legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ego
propter perfidiam tuam deleo quatuordecim
annos. & digito suo illos deleuit. Ac post dies
dies, facto fulgore magno, atque tonitruo, pro-
re turbatus reddidit spiritum in summa eccle-
sia, pro eo quod impius fuit in sanctam Chri-
sti Dei nostri Ecclesiam, eiusque pastorem
lio damnauit.

*Ioannes Mosens Euiranus c. 149. Prati spiritibus
aure sacerdotij & D. Leone pontifice, et
circumspectione adhibenda in manu imperatoris*

CAP. XXXVII.

CUM descendisset Abbas Amos Hiero-
solanus, & Patriarcha ordinatus esset, ve-
runt exanes monasteriorum eremi Abbates,
vt adorarent eum, inter quos affui & ego
Abbate meo. Ccepitque Patriarcha discipulis
tribus: Orate pro me, patres. Magnum
onus, & intolerabile iunctum est, sacrosan-
dignitas me terret immodicè. Petri enim
Pauli, & similia est regere rationales
mas, ego autem infelix peccator sum. Plura
tem quam cetera timeo ordinationis sacra-
mentum. Nam inueni scriptum, quia beatissimus Apo-
stolus qualis angelis Papa Leo, qui Romana Ec-
clesia præfuit, per quadraginta dies persecutus
ad sepulchrum Apostoli Petri, vigilijs & or-
ationibus insistens, petensque ab Apostolo
pro se apud Deum intercederet, vt dimitt-
reptur sibi peccata sua. Impletisque diebus
quatuordecim